

N-58 (L. 1-P. 37)

n. 12

Historia - Biografia.

p. 12.

elogium Mag. Antonii Moncalvo



12.

HTCA

U/Bc LEG 1-3 nc58



1>0 0 0 0 2 5 7 2 8 7



ELOGIUM, ET NOMENCLATOR MAGISTRI ANTONII COGNOMINE HONCALA, CATHEDRALIS ECCLESIAE ABULENSIS Canonici Presbyteri, Scriptoris clarissimi.

Ex Theat. Eccles. Abul. Aegidii Gonzalez.

Ex Biblioth. Hispan. Nicolai Anton.

Ex Libr. Translat. S. Secundi Episc. Abul. Ant. Cianci.

Ex Biblioth. Sancta Sixti Senens.

Ex Epist. Past. Rmi. & Illmi. Bernard. Episc. Abul.

Ex Biblioth. Hispan. Anonyma Franco-Furti edit.

ann. 1608.

Ex M.S. Bartholom. Fernandez Cler. Benef. Paroch.

Eccles. SS. Vincent. Sabinæ, & Christetæ Abul.

Ex Epistol. Famil. Paroch. Rect. Yanguens sub die
30. Junii 1773. ad nos directa.

JOSEPHO TELLO INTERPRETE.

SUPERIORUM PERMISSU.

Salmanticae: Ex Officina Typographica Sanctæ Crucis
apud Dominicum Casero.

ELOGIUM
ET NOMENCLATOR MAGISTRI
ANTONII COGNOMINE HONCAYA
CATHEDRALIS ECCLESIE ABLENSIS
Canonici Lechapteur Scipioius causissimi.

GLORIAM SAPIENTES POSSIDEBUNT:
stultorum exaltatio ignominia. Sap. 3. 35.

Ex Bpilicr. sanguis Sxii Secund
Ex Epsie. Psar. Rmi. & Illini. Belardi. Epsie. Apul.
Ex Bpilicr. Hispal. Antonius Frangio. Epsie. Cagli.
Ex Bpilicr. 1608.
Ex Wss. Bpilicr. Ferriudcs Clfr. Bnscf. Bmoc.
Ex Eggi. 22. Aluccio. Spipine. & Cipriac. Apul.
Ex Bpilicr. Fmci. Pmoc. Rcc. Yaqutius sup sic
Ex. Jamii 1723. ad nos diligat.

JOSEPHO JELLO INTERPRETE.

SUPERIORUM PERMISSU.
Sylvestris: Ex Officinis Tabernaculis Sangue Crucis
abag. Dominicum. Casal.

ELOGIUM,

ET NOMENCLATOR CLARISSIMI SCRIPTORIS

Magistri Antonii Honcala, Cathedralis Ecclesiae

Abulensis Canonicus Presbyteri.

JOSEPHO TELLO INTERPRETE.



Ntonius Honcala, Hispanus, ex piis, honestisque parentibus natus est Yanguæ Dioœcesis Calaguritanæ oppido à mundi salute anno 1484. Ecclesiam Catholicam gubernante Summo Pontifice, vel Sixto IV. vel Innocentio VIII. Dioœcesis Pastore Joanne Quemada; Hispaniarum verò Dominante Reginis Ferdinand cum conjugé Elisabetha, *Catholicis* nuncupatis. De ipsius nativitatis die, & mense, de ascendentī linea, deque parentum nominibus, de Baptismo, Confirmatione, ceteris, haud ediscere potuimus, cum neque Parochiales libri ob antiquitatis causam quidquam attingant. Adolescens patria, parentibusque relictis, Salmanticam Urbem, quæ inter gentis nostræ Academias principatum obtinet, petit; inibique Philosophiæ, & orientalium, ut ajunt, linguarum, sacrorum maximè Bibliorum, in quæs peritissimus evasit, Tirocinium posuit.

435
Meruit olim in Grammaticis sub Antonio Nebrisensi,
quem alicubi Varronem Hispanum meritò appellat.
In Theologicis verò, ac veræ sapientiæ studio sub
Gundisalvo Ægidio, qui Antonium nostrum Gramma-
ticæ arti deditum, vixquè ultra cogitantem ad gra-
viora studia, solidamque studiorum gloriam suo con-
silio, veluti Socrates olim Platonem, revocavit, erexit
que jacentem: quem Honcala ipse mentis profectum
nonnullibi ei acceptum refert. Ecclesiastes simul, &
Theologus ætatis suæ egregius, qui & Joannem Mar-
tinez Siliceum, Philippi Hispaniæ Principis Præcepto-
rem, dein Toletanum Archiepiscopum, sacras litteras
edocuit: Magistro Paulo Coronello, in sanctis libris
erudito amicitiæ fædere conjunctus. Ab Abulensis Ec-
clesiæ Antistite, & Canonicorum Cœtu ex Academia
rogatus in Ecclesiastem Canonicum, sive Magistra-
lem, ut ajunt, eligitur, quod quidem munus summa-
cum laude per unius supra triginta annos curricula
diligentissimè obivit. In pauperes misericordia dives,
qui ex redditibus Ecclesiasticis ad vitæ sustentationem
tantum sibi sumpsit necessarium. Castimonia insignis,
quippè qui & mulieres quantumvis optimis ornatas qua-
litatibus secum usquam commorari minime ausus est:
quinimò vel in Sancti Abbatis Æmiliani Ecclesia, vel
in Cathedrali, cui erat adscriptus, solitus eas audire. Divæ
Virginis Theresiæ, Abulensis, sacræ Carmelitarum Mo-
nialis, & egregiæ ejusdem Ordinis Reformatricis, vi-
caria devotione commendabilis. Quidquid è sacris pre-
ci-

5

cibus Deo in choro persolvendis temporis supererat
lectioni, atque scriptioni tribuebat; ad cuius fructifera-
ram salutaremque occupationem animi recollectioni
continuò vacabat: *Angelici, celeberrimique Doctoris*
Thomæ Aquinatis doctrinam assidue evolvens, honore
affectione maximo vehementer prosecutus est, ab sacræ
instructionis exordio. Paulo post venerandum, celeberrimumque Tridentinum Concilium Catholicae Fidei,
& morum, Ecclesiasticæ necnon Disciplinæ exactissimum compendium, promulgatum, litteras ad Yanguensem Clerum emissit, quibus desiderium patrium
solum adeundi patefecit, viva nempè voce edocaturus,
selectiorem videlicet suæ Bibliothecæ partem relinquendo, quæ hucusque temporis ibidem remanet.

Quüm verò postmodùm (assiduis elaborationibus fortasse præpeditus) non ivisset, supplex rogat, ut Beneficium vacans Ecclesiasticum nepoti Joanni Valdecanto conferatur, conditione tamen adjecta, si moribus, & litteris idoneus videretur: quod quidem ita effectum est discrepante Electorum nemine. Ecclesiasticam Doctrinam pluribus conscriptis libris pulchre, ac pietate quadam singulari illustravit.

Ante alia igitur edidit Grammatica *Propegnia*, seu *Lusus pueriles in Grammatica re*: atquè in aliquot scriptorum, sive sacrorum, sive profanorum loca *observationes*, quæ sic Joanni Siliceo, tunc in Scholis versanti placuerunt, ut carmine elegantissimo id testatus sit; quod, quia rara sunt hujus operis exemplaria
(ait)

(ait Nicol. Ant.) continentque non parvam laudem
Honcalæ nostri, atquè item Silicei, Auctoris tam idonei
Poëtæ, hic referam:

*Exiguus quamquam multo nec Codice turgens,
Hic tibi multa liber dogmata casta dabit.
Condita divinæ pandit mysteria chartæ,
Asserit & Vatem, Mantua Pulchra, tuum.
Nomina confirmat triplici surgentia gressu,
Ancipites numeros, Thespiadumque modos.
Plurima, quæ vulgo nondum percepta latebant,
Explicat, & vario Schemmate cuncta micant.
Quantus erit Sacros perget si promere sensus,
Qui in rebus parvis Honcala tantus adest?*

ITEM SEQUENTES SUNT TYPIS EDITI.

I. *C*ommentaria in Genesim (quæ Sixtus Senensis elegantissima dicit) jàm codem Siliceo Toletano Antistite (cui & dicavit) edidit: Volum. fol. Compluti 1555. quæ simul & Auctorem Franciscus Vargas Carolo V. Imperatori à Sacris elegans Latinus Poëta carmine celebravit, de quo fragmentum apponam.

*Accipe nunc Genesim cunctarum Exordia rerum,
Quæque sub antiquo deliuere chao.*

Om-

7

Omnia discernit, diffinit, disserit alèc,
Omnia quæ in Sacris sunt tibi tecta notis.
Hebræa Græcis jungit, Chaldea Latinis,
Quadruplicis linguae culmina solus habens.
Doctum opus, excellens, eloquens, sublime, disertum,
Musarum arcanis dogmata pressa choris.
Quid moror? Exiguum est quidquid mea carmina laudis.
Concinnant meritis inferiora tuis.
Perpetuus vitæ candor, sine crimine mores,
Et labor illustris viribus ingenii.
Hæc Honcala tuum celebrant per sæcula nomen,
Veraque perpetuæ simbola laudis habent.
Quod si fata tuis servant promissa camænis,
Non poteris, quamvis jam moriare, mori.

2. Pentaplon (idest : Quintuplex explanatio)
Christianæ pietatis, Philippo Hispaniarum Principi,
Caroli V. Imperatoris filio (qui mox Rex hujus no-
minis secundus) directum: Volum. fol. Compluti 1546.
opus sic dividit : 1. *Antitheton*: idest : de Virtutum
& Vitiorum gradibus. 2. *Sthauricon*: idest : de Crucis
Dominicæ arcanis. 3. *Appophias*: idest : de Miraculis
per Crucis signum editis. 4. *Epinicion*: idest : Quod
expugnatæ, Urbis Tuneti victoriam enarrat. 5. *Eulogicon*:
idest : de Spiritualibus dictiōnibus.

3. Opuscula decem & septem de rebus va-
riis Theologicis, Sacerdotibus perutilia: Volum. folia
Compluti 1551. Sequentia : 1. De Virtute Religionis.

2. De Justitia. 3. De Stipendio Sacerdotum pro Sacrificii Oblatione, deque digna Celebratione. 4. De Exequiis, & Suffragiis Defunctorum. 5. De Matrimonii Sacramento. 6. De Fide. 7. De Baptismo. 8. De bona, & mala Concupiscentia. 9. De Conscientia. 10. De quibusdam Sacrae Scripturæ locis. 11. De expositione peregrinarum dictionum, quæ in Divinis Officiis decantantur. 12. De ratione vitandi Sermonis ingrati apud Populum. 13. De Officio Pastoris, & ratione pascendi, ac gubernandi Gregis Dominici. 14. De Jejunandi ratione. 15. De fuso, & colorum abusu in fœminis. 16. De ratione consequendi peccatorum remissionem. 17. De Pœnitentia, & dolendi ratione pro peccatis.

4. Tractatus de Decimis, sive ad Clericos &c. laudatur in Collectanea ad hunc titulum Decretalium ab Augustino Barbosa: Sed an impressus nos latet.

SEQUENTES NON DUM EDITI, sive Manuscripti.

1. **D**ictionarium Universum, sive Centuriæ (vel quo quo alio vocetur nomine) ad instar Commentariorum in omnes libros Veteris, & Novi Testamenti, præcipue vero ad Sacrarum Scripturarum intelligentiam. Volum. 12. in fol. ultrà Repertorium.
2. Epitome seu Index operum Divi Hieronymi.
3. Tractatus alicubi servatur Honcalæ de Dæmone sub Hirci forma à larvis adorato.
4. Opuscula demum ipse exanavit ad numerum usque 56.

Con-

5. Conciones item inultas.

Quæ quidem scripta , præter hactenus ex illis
 edita , & ineditum Dictionarium (de quo minùs lo-
 quimur scienter) ad manus non devenerunt. Ingens
 namque opus hocce , licet edendum vivus Honcala
 curaverat , Regis , Supremique Castellæ Senatus , ac
 Dicecesani Ordinarii licentiis obtentis : Heu ! Senio
 tamèn confectus , morteque præventus , typis excusum
 videre minimè potuit : sed testamentaria dispositione
 Jesuitarum tum Abulam recentè incolentium domo
 liberè donavit ; inquorum Bibliotheca originale diutissi-
 mè delituit ad annum videlicet usquè 1767. quo Regia
 ipsorum expulsio , & ex Hispaniarum Regnis ejectio
 contigit. Tum equidem nos inventarium ejusdem Bi-
 bliothecæ librorum cum aliis simul ex sacro Prædica-
 torum Ordine Prætoris Civitatis designatione con-
 fidentes , illud penè tincis voratum attigimus , pauca
 legimus , demirati sumus. Anno nihilominus 1777. ,
 ab expulsione decimo , à Pontificiaque Societatis Je-
 suitarum extinctione quarto , Excellentissimus Regius
 Consiliarius , optimusque à Secretis Minister (Gratiæ ,
 & Justitiæ vocant) Emmanuel Rodanus , Serenissimi
 Regis Caroli Jussu , volumina undecim grandia (non
 plura reperta fuerunt) ad se adsportari ex Abula
 præcepit , ratione ductus , ut creditur , quod Rex ipse
 propriis sumptibus edi faciat , ut in Nationis , Orbisque
 Catholici gratiam communem aspiciant lucem.

Vitam cum morte sanctè commutavit Antonius

B

die

A820

10
die 2. Septembris , anno Domini 1565. (sub Summo
Pontifice Pio IV., Hispano Rege Philippo II. Abu-
lensi Antistite Alvaro Mendozio) ætatis suæ 81. Ejus
animam è corpore exeuntem Beatam Virginem Thé-
resiam Cœlum ingredi , purgatorio misso igne , vi-
disse fertur : quod & Nicol. Anton. litteris tradidit.
Nec mirum, cum illustrissimus æquè ac Reverendissi-
mus Ecclesiæ Abulensis Antistes Bernardus Atayde ad
perfectionem Spiritualem Canonicos enixè cohortans,
sic in Epistola Pastorali sub anno 1654. ad Clerum
Populumque directa eos admoneat : *Memorabo*, inquit,
*de multis unum Antonium de Honcala Con Canonum ves-
trum, Theologorum Magistram, Interpretemque Sacro-
rum Bibliorum celeberrimum (si quis alius suo sæculo in
Hispania) nec minus excellenter conspicuum virtutum
dotibus : quarum præstantiam , æternumque præmium
testimonia suo confirmavit Sanctissima Virgo Theresia.*
Corpus autem in Majori Ecclesia Abulensi humatum
est , sub lapide , hisceque Epitaphicis verbis :
**LAPIS HONCALÆ DICATUS, QUI OBIT
POSTRIDIE KALENDAS SEPTEMB. MDLXV.**

NULLI ALTERI CONCESSUS,

Decursu itidem temporis , anno nempè 1634.
Dominæ Elisabethæ Cavero sumptibus in honorificen-
tiorem locum translata ossa fuerunt, Epitaphium Petro
Arteaga ejusdem Ecclesiæ Canonicæ Decano inscribente.

OSSA

OSSA MAGISTRI ANTONII HONCALÆ HINC
IN TANTI VIRI RECORDATIONEM A CAPI-
TULO HUJUS ALMÆ ECCLESIAE TRANSPOR-
TATA, IN PARIETE E TERGO ALTARIS
SANCTI JOANNIS BAPTISTÆ HONO-
RIFICE ASSERVANTUR.

IV. KALENDAS JANUARII MDCXXXIV.

Inscriptionem alteram (ingeniosam dicunt) Epita-
phicam Michaël Arbizzus Clerico-Presbyter Regularis
descripsit, quam damus.

D....O....M.

CE....VIATOR....CE.

HOC MARMOR ÆTERNAT D. D. ANTONIUS
HONCALA DIVÆ HUJUS ECCLESIAE CANO-
NICUS ECCLESIASTES: DOCTRINA SALMAN-
TICAM; UNDECIM VOLUMINIBUS SAPIEN-
TIAM; BONORUM EFFUSSIONE PAUPERES;
CANDIDISSIMIS LILIIS VIRGINITATEM
OPULENTAT.

OBIIT II. SEPTEMBRIS MDLXV.

MIRAB....RE....ABI.

Sarcophagum itaque hodiernum marmoreis la-
pidibus ornatum æneis characteribus insculpta Epi-
taphia predicta honorificant, quum translationi ossium

Honcalę , & multi Clerici , & Populus interfuerint : ex illis Antonius Painus Honcalę in Canonicatu Successor , qui inde Episcopus Auriensis , post Senticensis , item Archiepiscopus Burgensis , denique Hispalensis . Deportabatur igitur sandapila per piorum manus , opertoriis rubeo , aureoque coloribus intextis ; quam in supradicto colocavere loco . Adimpletum est quippe id , quod Hispanica quedam carmina (ad annum 1573 . concinnata) tenent , que & Antonius Ciancus in historiali tractatu Divi Secundi adducit , in quibus translationem Reverendi Antonii cinerum Poëta presensisse videtur : que lingua vernacula ita se habent .

*Tambien es ilustrada de tu guia,
Maestro Honcalá, digno de memoria,
Pues alumbró la Sacra Theologia,
De suerte que sería mui larga historia
Querer contar los libros que escribía.
Solo puedes ver, que está en la Gloria,
Y que se goza viendo su Prelado
Sobre aquellos tronos levantado.*

*Cuyo largo proceso , y santa vida,
El Cielo quiere que se esté ocultado
Hasta que con solemne , y nunca oída
Pompa , su sepulcro levantado
De marmol , y alabastro , la encendida
Region del fuego toque , y estrellado ,
Que no pueda pedir mas el deseo ,
Sobrepujando á aquel de Mausoleo.*

FINIS.

AP-

APPENDICULA,
QUOD DUODECIMUS TOMUS
Dictionarii desit.

EX RESCIPTION. JOANN. OCHOÆ
Magistrat. Civit. Abul. ad Excellent. D. Ministrum Status,
& Secretarium Gratiaæ & Justitiæ Regium.

JOSEPHO TELLO INTERPRETE.

EXCELENTISSIME DOMINE.

ACCEPI litteras, quas jubente Rege mihi comunicasti. Et cum considerem formalitatem, qua Excellentia tua nomine Regis dignatur expedire negotium operum manuscriptorum Mag. Antonii Honcala, Canonicus Magistralis, qui fuit, & obiit hujus Ecclesiæ Cathedralis, cuius famam posthumam, simulque protectionem suorum Scriptorum incuram suam sumpsit Rex, uti proprium Catholici sui pectoris, & devotionis erga viros Sapientes, & illustres, qui virtutibus, & litteris honorificaverunt Monarchiam, & Ecclesiam, cuius puritas, pax, & unitas sunt quoad animum ipsius principale objectum intentionum suarum: convictus totaliter maneo, advertoque reflexivè objectiones, quas Exc. tua proponit ad probandum, quod volumina, sive tomī manuscripti de quibus agitur fuissent *duodecim*, & Index, seu Repertorium.

Tes-

Testimonia, quę Excel. tua allegat ad probandum duodecim fuisse, sunt mihi majoris authoritatis, quam quę potest citari in cassu: ex quibus unum est testamentum, seu ultima voluntas Auctoris, in quo subscripsit ipse esse *duodecim*, & *Repertorium*: Hoc solum continet majorem vim probationis. Alterum est quod non apparent enarratę, seu commentatę litterę V. & ceterę, usquę ad finem Abecedarii, quod divergatur per totum opus: Item, quod citantur in Repertorio uti jam explanatę in Vol. *duodecimo*: Unde deducitur ea fuisse *duodecim* excluso *Indice*, sive *Repertorio*.

Convictus, inquam, de hac veritate, scilicet, quod opinio contraria, quam tenet modernum Epitaphium magni hujus viri ornamenti, & jubaris Cleri Secularis, est null ius firmitatis, & valoris; oportet exponete Exc. tuę ingenuę, & ad dandam aliqualem satisfactionem Regi nostro, me jam omnino credere secundum totam fidem humanam, quod Auctor scripsit *duodecim* tomos utiles, & quium posuerim omnem diligentiam ad hoc ut inquirerem *duodecimum* ultimum tomum, & non invenerim in aliqua Bibliotheca, neque in Monasteriis hujus Civitatis, statim venio ad affirmandum, & concludendum, quod disparitio tomi ultimi est valde antiqua, adeò, ut jam deficiat ab anno 1565. in quo Auctor mortuus est, usquę ad annum 1634. in quo facta fuit translatio cinerum ad sepulcrum ubi hodie jacent. Ratio quam habeo ad persuadendum sic est, quod tempore, & occasione gravandi Epitaphium, qui illud fe-

fecerunt non invenerunt existere plures tomos quam *undecim*. *Undecim Voluminibus* dicit inscriptio: & est valde consentaneum rationi credere, quod ipsi loco *undecim*, posuissent, & scripsissent, *duodecim Voluminibus*: ergo jam tunc deerat. Item, si Epitaphium primum sepulture testificatum fuisset aliquid circa numerum voluminum, quem scripsit, haberemus strictiorem chronologiam temporis ad approximandum nos multum ad annum, & diem disparitionis desiderati tomī *duodecimi*; sed istud Epitaphium nihil aliud dicebat, quam *Lapis Honcalæ &c.*

Historictis Hispanus Aegidius Gonzalezius de Avila, in suo Theatro Ecclesiastico, & aliquæ notitiæ manuscripæ, quem habentur intra Civitatem ad procuracyem affectorum erga Auctorem, omnes in narratione, vita ejus referunt vitam, virtutes, & scripta, fundantes notitiam istorum, scilicet *undecim Voluminum*, ab anno 1634. translationis, & consequenter omnes secuti sunt opinionem *undecim Voluminum*, attendentes, & viventes testimonium epitaphii: in quo ostenditur quod ipsi non fuerunt bene critici, quia non intellexerunt, quod crisis habebat locum in conspectu talis scripture publicæ, qualis est erga totum mundum illud quod affirmatur, ut testimonium irrefragabile, & monumentum solidum juxta cadaver; speculum veritatis, & infallibilitatis. Propterquam causam omnes qui scripserunt aliquid ab ultimo Epitaphio, & deinceps sunt digni excusatione citantes *undecim Volumina*.

Igi-

Igitur videtur mihi quod ab anno 1565. usque ad 1634. inter quos intercedunt 69. anni, accidit defectio tomi completivi operis: Sed quomodo? Exc. tua qui cognoscit injurias temporum, & conditiones hominum, & valorem devotionis piæ erga bonos homines, specialiter Amanuensium, & amicorum, & commodatum, & donationem, vel furtum, manebit, videri meo, informatus de eo quod forte veniemus ad incidendum in unam ex duabus penuriis, aut ad carendum tomo 12. Honcalæ (quod non est novum in aliis Doctoribus Ecclesiasticis antiquis) aut ad querendum virum aliquem *solum* qui bene exercitatus, & studiosus in Sacra Scriptura, & Schola, & qui luce magis Cœlesti, quam humana penetraverit mentem, & spiritum Auctoris, simul cum summa intelligentia librorum suorum, ad quod, opus est non paucis annis, qui possit dare operi aliquale complementum, continuando tonum *duodecimum*, ad complendum modo possibili opus multum, & truncatum, & ut minus deforme currat per Rem publicam litterarum; sed, non obstante singulari studiositate ad imitationem, manebit communis angustia. VALE.

A. R. S. MDCCCLXXX. BISS.

LAUS DEO.

*Typographica
enata sic corrigere.*

<i>Pagan.</i>	<i>Lin.</i>	<i>Lege.</i>
3.	q.	<i>opidi</i>
4.	18.	<i>annorum</i>
7.	24.	<i>benedictionibus.</i>
9.	27.	<i>exaravit.</i>
10.	23.	<i>theologum.</i>
14.	19.	<i>expondere.</i>
16.	12.	<i>Solum, adjectivum.</i>

admodum solidae sunt et non solum
admodum, sed etiam admissimiliter et sufficien-
tissimenter per se sunt. Sed etiam
speciales. Antithesis enim, si per se sunt, sufficien-
tia, et exactio, et significatio per se sunt.
Et hoc est quod dicitur de informis de cetero facti vobis ut
descendam in vicem ex duas personis, si vel ex unius
tempore. Et hanc (quod non est recte) dicitur de
terribus Ecclesiasticis anciens, ut ad tempore
afficeretur quid sit in aliis. Et hoc est
quod dicitur de informis de cetero facti vobis ut
descendam in vicem ex duas personis, si vel ex unius
tempore. Et hanc (quod non est recte) dicitur de
terribus Ecclesiasticis anciens, ut ad tempore
afficeretur quid sit in aliis.